

si consuevisset cum vidua, licet illam non duxisset.
Vid. l. c. §. 3. Quod si viduam duxisset, & simul
 cum ea consuevisset, bis puniebatur, partim quia
 viduam duxerat, partim quia se profanaverat. §. 4.
 Neque ille solum sed & illa puniebatur §. 5. Si vi-
 dua esset expulsa, & deinde facta profana (sive sa-
 cerdoti illicita esset a sacerdote compressa) & post-
 modum fieret scortum, & deinde cum illa con-
 svesceret sacerdos summus, quater puniebatur,
 sed si vidua aliquoties esset facta vidua, & cum ea
 consuevisset, non nisi semel puniebatur. §. 11.

§. 3.

Licebat tamen vidua sacerdoti vulgari. §. 9.

§. 4.

Quæ omnia illustrant *Lev. 21. v. 14.* ubi pro-
 hibetur ne sacerdos summus ducat viduam vel ex-
 pulsam, vel profanam.

TH. X.